Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



baptizabimini baptismo sedere autem
ad dexteram meam uel ad sinistram meam non est meum dare
uobis sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem ce
perunt indignari de iacobo et io
hanne. Iheshus autem uocans eos
ait illis. Scitis quia hi qui uide
ntur principari gentibus dominantur eis et principes eorum
potestatem habent ipsorum. Non ita
est autem in uobis sed quicumque uo
luerit maior fieri erit ui ministe
et quicumque uoluerit primus in
uobis esse erit omnium seruus.
Nam et filius hominis non uenit
ut ministraretur ei sed ut ministra
ret et animam suam daret redemp
cionem pro multis. Et uenerunt
hericho. Et proficiscente eo de
richo cum discipulis eius et plu
ima multitudine filius thimei
barthimeus cecus sedebat iux
ta uiam mendicans. Qui cum au
disset quia iheshus nazareus e
cepit clamare et dicere. Iheshu
fili dauid miserere mei. Et co
minabantur ei multi ut taceret
at ille multo magis clamauit
fili dauid miserere mei. Et stans
iheshus precepit illum uocari. Et
uocant ceecum dicentes ei. Animi
equior esto. surge uocat te. Qui
proiecto uestimento suo exiliens
uenit ad eum. Et respondens ihe
shus ait illi. Quid uis ut tibi fac
iam. Cecus autem dixit ei. Rabbo
ni ut uideam. Iheshus autem ait illi.
Vade. fides tua te saluum fecit. Et
continuo uidit. et sequebatur e
um in uia.

XI

Et cum appropinquarent ie
rosolimis et bethanie ad
montem oliueti. mittit du
os ex discipulis suis et ait illis. Ite
in castellum quod est contra uos.
et statim introeuntes illud inueni
etis pullum asine ligatum sup quem
nemo adhuc hominum sedit. solute
illum et adducite mihi. Et si quis
uobis dixerit. quid facitis. dicite q
dominus uacuus est et continuo
illum dimittet huc. Et abeuntes
inuenerunt ligatum ad ianuam
foris in biuio et soluunt eum. Et
quidam de illic stantibus dicebat
illis. Quid facitis soluentes pull
Qui dixerunt illis sicut precepat
eis iheshus et dimiserunt eos. Et
adduxerunt pullum ad iheshum
et imposuerunt illi uestimenta sua
et sedit sup eum. Multi autem uesti
menta sua sternebant in uia. Ali
i autem cedebant frondes de arbori
bus et sternebant in uia. Et qui
precibant et qui sequebantur clama
bant dicentes. Osanna. benedictus
qui uenit in nomine domini. be
nedictum quod uenit regnum pa
tris nostri dauid. Osanna in excel
sis. Et introiuit iherosolimam in
templum. et circumspectis omni
bus cum iam uesperam esset hora
exiuit in bethaniam cum duodecim
Et alia die cum exiret a bethaniam
esuriuit. Cumque uidisset a longe